Mone, Franz Joseph [Hrsg.]: Quellensammlung der badischen Landesgeschichte (Band 4: [Lateinische Chroniken, Lebensbeschreibungen])

Seite 32



familiaris illi domino Conrado propter sensum et gratias, quas habebat, factus est magnus in curia eius, ubi exponens se vanitatibus secularibus habebat canes et aves, et se in venationibus occupabat. Cum autem die quadam veniens Salernum et [1] premisisset familiam, ut pararet hospitium, et postea veniens apposuisset [2] se ad mensam, ecce, in ipso principio commestionis reclinans capud [3] ad parietem subito expiravit.

Capitulum IX. De hiis, qui miraculis claruerunt post mortem.

§. 23. [*fol.* 86 b. Pal.]

Cum frater Walterus [4] *, Theutonicus, in domo Basiliensi ** obdormuisset in domino, lector quidam fratrum apud [5] Argentinam existens, audivit in sompniis choros [6] angelorum cantantes responsorium, in conventu odoris mira fragrantia, sciens ergo, quod ducerent aliquam animam, quesivit a transeuntibus, quenam [7] esset, et responsum est ei, quod anima fratris Walteri [8], et cum hoc mane narravisset fratribus, statim venit nuntius de Basilea, qui mortem dicti fratris fratribus nuntiavit.

§. 24. [*fol.* 87 a. Pal.]

Item cum quedam matrona Argentine [9] laboraret in partu, rogavit [10] dominum, quod propter merita fratris Walteri [11] *** sibi [12] succurrere dignaretur. Quo facto statim obdormivit et peperit dormiendo, sicut ipsa fratribus narravit.

§. 25. Item cum fratris Vollicuandi [13] † bone memorie, qui predicto Waltero [1] successit in prioratu, beata ossa levata fuissent [2] de tumulo inventa est, excrevisse et prominere de osse [3] pectoris sui, ubi crucem frequenter imprimere consuevit, crux quedam adeo bene facta [4], quod non esset dubium, quin manu superioris artificis fuisset formata.

§. 26. [*fol.* 87 a. Pal.]

Frater quidam iuvenis, Conradus Theutonicus *, qui carnem suam ab annis puerilibus dedicaverat castitati, primo anno sacerdotii sui dixit fratri Alberto, avunculo suo, quod beata Virgo predixerat [5] ei obitum suum in brevi [scil. tempore]. Hic, sicut predixerat, obiit et sepultus est in domo sanctimonialium, quia [6] fratres ab impiis expulsi erant de suo conventu. Quedam autem monialis, accedens cum devotione et fiducia ad eius tumulum, petiit a domino propter fratris merita sanitatem et statim curata est a gravi infirmitate, quam passa fuerat [7] continue X. [8] annis.

§. 26 b. [Dieser Paragraph fehlt in Pal. und ist hier aus Vr. abgedruckt.] Er scheint ein Zusatz nach 1256 zu sein.

De provincia Theutonie ** frater Ulricus et frater Heydenricus domus Vribergensis *** in monte, qui dicitur Ad Spinas, in una quadragesima propter multitudinem hominum, qui ibi erant, audierunt confessiones et post etiam tantum laboraverunt in hoc salubri officio, quod ambo inceperunt graviter infirmari, nec pre debilitate poterant ad domum duci. Sed miserante domino ceperunt interim convalescere. In vigilia autem pasche, vix valens loqui, frater Heydenricus dixit fratri Ulrico: „eya, frater Ulrice, haberemus cras unam perdicem, de qua refocillaremur,“ non sperans, aliud se posse commedere pre debilitate. Respondit frater Ulricus „unde

[1] fehlt in Vr. [2] posuisset, Pal. [3] so, Pal., in Vr. fehlt caput. [4] Gauterus, Pal. [5] caput, Vr. [6] sompnis coros, Vr. [7] quidnam, Vr. [8] Galterii, Pal. [9] Argentinum, Pal. [10] rogabat, Vr. [11] Galterii, Pal. [12] fehlt in Pal. [13] Vollieunandi, Pal.

* Zittard setzt diesen Walther nach Basel, indem er ihn Prior nennt, in die Jahre 1241—52, d. h. in die Zeit des Ordens-Generals Johannes. Nach Mülinen Helv. sacra II. p. 15 gab es keinen Prior Walther in Basel. Bruder Johannes 1466 führte auch im 1. Theil unter den sancti als 29 einen Waltherus prior Basiliensis an. S. oben S. 12.

** Der Baseler Convent wurde 1233 gestiftet. S. Mülinen, Helv. sacra II. p. 14.

*** Prior Walter in Straßburg 1224—1239. S. folgende Note.

† Nach Zittard war Voland 1239 Prior in Straßburg. Da er nach obiger Stelle auf Walther im Priorate folgte, so muß man für diesen 1224—39 annehmen, denn 1224 wurde der Straßburger Convent errichtet. Zittard's Angabe der Jahre 1241—52 ist nach obiger Stelle entweder unrichtig, oder es gab zwei Prioren des Namens Walther in Straßburg. Antonius Senensis, chronic. p. 54, 55 setzt den Voland in die Jahre 1240—50 und sagt Thomas Brabantinus de apibus habe über ihn geschrieben. Dieses Buch ist mir aber nicht zugänglich gewesen. Nach Greith S. 37 waren der Prior Walther und der Bruder Ulrich in Straßburg jünger als Voland. Oben S. 12 ist Gualterus, prior Argentinensis unter den sancti viri als gleichzeitig mit dem Baseler Walter aufgezählt.

[1] Galterio, Pal. [2] fuerunt, Pal. [3] ore, Pal. [4] dicta, Pal. [5] dixerat, Pal. [6] quod, Pal. [7] est, Pal. [8] quinque, Vr.

* Antonius Senensis chr. p. 119 sagt, dieser Conrad sei der Sohn der Schwester des Albertus Magnus gewesen. Es wäre zu untersuchen, aus welcher Stadt die Dominicaner ab impiis expulsi erant de suo conventu (1222—1252). Antonius Senensis l. l. p. 120 irrt aber, wenn er diesen Conrad, den Neffen Alberts, vom hl. Dominicus das Gewand nehmen läßt (1218). Nach Obigem ist das unmöglich.

** Die provincia Teutonia beweist, daß dieser Zusatz älter als 1303 ist, denn Freiberg gehörte seit 1303 zur provincia Saxoniae.

*** Freiberg in Sachsen.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/mone1867-4/0034
© Universitätsbibliothek Freiburg